

# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Aduocati s cum fonte primo

Si in aurem iudicis uel aduocati sussurret pecunia, Orphei lira, carmen Amphionis, musa Virgilii uoce pecunie suffocantur.

Quid plura?

Vbi nummus loquitur, Tulliani eloquii tuba raucessit; ubi nummus militat, Hectoree milicie fulgura compescuntur; ubi pugnat pecunia, uirtus expugnatur Herculea.

←

←

Per quam,

ubi nummus loquitur, Tulliani eloquii tuba raucessit; ubi nummus militat, Hectoree milicie fulgura conticent; ubi pugnat pecunia, uirtus expugnatur Herculea.

Si quis enim armatur pecunia tanquam loriceis argenteis, torrentis impetum Tulliani, fulgur incursus Hectorei, robur uirtutis Herculee, versipelles Vlixee calliditas floccipendit argutias.

In tantum etenim habendi fames incanduit, ut dialetice muta sit subtilitas, retorice languescat ciuilitas. Vbi nummorum perorat pluralitas, iam Tullius sui monetam uendit eloquii, sui pudoris monilia in auri precium conmutat Lucrecia, Penelope sue mercenaria castitatis pudorem deponit in pretio. Ypolitus etiam, si nummi preces audiat susurrantis, sue nouerce non uult precibus nouercari. Nam si in aure iudicis susurret

→

pecunia, Orphei lira, carmen Amphionis, musa Virgilii, uoce pecunie suffocatur.

Iam diues diuiciarum naufragans in profundo ydropice sitis incendiis tantalizat. Pauper etiam, quamuis materialem auaritiam realiter exercere non ualeat, intus tamen archetypam retinet parcitatem. Proh pudor, metallorum onera largiuntur honores ad metalli pondera ponderatos. Iam non *Cesar* sed nummus *est omnia* qui ab indiuidualibus usque ad generalissima honores singulos tanquam mediator excurrit. Nam nummus patriarcha noster existit, qui quosdam archiepiscopatus inthronizat in apicem, quosdam episcopalis fastigii erigit in honorem, hos archidiaconalibus adaptans officiiis, alios aliarum pedestrium dignitatum coequans negociis.

→

Quid plura?

Nummus uincit, nummus regnat, nummus imperat uniuersis.

Nummus uincit, nummus regnat, nummus imperat uniuersis.

Alanus libro de conquestione nature.

Alanus de Insulis, *De planctu naturae*, 12 (N.M. Häring ed., pp.855-6, ll.90-114).